



**Collegium Universi Juris Canonici**

**Engel, Ludwig**

**Salisburgi, 1693**

13. De Eo, qui cognovit confanguineam uxoris suæ vel sponsæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61596](#)

Nec obstat, quod ex post facto per emancipationem aut mortem adoptantis possit hoc impedimentum cessare, non enim propterē matrimonium ab initio nulliter contractum convaleset, nisi novus consensus accedat; habet enim hic locum regula, quod ab initio nullum est, tractu temporis convalescere non potest. c. non firmatur. 18. de Regulis Juris in b. sicut si in alio impedimento dispensatio impetraretur, postquam matrimonium jam contractum est.

Verum si filia emancipata, adoptio post mortem adoptantis aut emancipationem adoptati finita, aut si filia naturalis tantum, id est, illegitima, adeoque nunquam in potestate patris fuerit, matrimonium cum ea validè contrahetur. l. per adoptionem. 17. & l. 55. §. 1. ff. de Ritu nuptiar. c. untc. h. t.

Inter ipsos adoptatos ab eodem patre matrimonium non reperitur aliquā lege expressè prohibitum. Unde quidam probabiliter docent, posse filium adoptatum ducere filiam adoptatam, quia impedimenta dirimentia, cum sint odiosa & restringenda, sine tex- tu expresso etiam ex paritate rationis non sunt facilē constituenda. Sanch. d. l. n. 28. Zoel. h. t. n. 6.

6 Postremo ex hac tenus dictis facilē colligitur non statim censeri aliquem adoptatum & legaliter cognatum, si forsitan ex misericordia in defectu proprietum parentum tanquam filius alimentetur, nisi solennitates juris interveniant, videlicet ut arrogans 18. annis sit major arrogato, ut si impubes sit arrogatus, causa cognitio adhibetur, an expedit pupillo arrogatio, ut authoritas principis accedat, & alia, quae præscribuntur, in g. cum autem 3. Inflit. de Adopt. & l. 2. & l. final. C. eod.

7 Deinde quamvis in Germania *unio prolium* (En. Kinst. h. 1. v. Erbverbi Des. rung) species sit adoptionis, ejusdemque solennitates requirat teste Gail. Lib. 2. ob-

ser. 125. n. 6. & 8. Nihilominus vero puto, exinde non nasci impedimentum legalis cognitionis; quia, ut praedictum, omnis adoptio cauitat impedimentum, & illis unio non tam sit proper maiorenconjunctionem personarum, quam possessorum, ut diversorum matrimoniorum bēri aequaliter in bonis tamen paternis, maternis succedant. Quare si viduus ha- viduum, & ambo jam prius ex alio ma- monio habeant liberos, quos deinde unionem conjungant, non obstante hanc junctione adhuc inter eos matrimonium poterit, cum enim haec uno problemate jure scripto incognita; & tunc con- fuetudine introducta, leges nihil de eis constituerunt, sine textu autem ipsa aliquid impedimentum facere non conveniens videatur. Auth. confidimus de Triente & semiss.

**TITULUS XIII.**  
De eo, qui cognovit con-  
sanguineam uxoris sue vel  
sponse.

S U M M A R I A.

1. Quid Incestus?
2. Supervenient post matrimonium latenter  
finitate per copulam incestuam per cuius  
quens perdit pri exigeri dicitur.
3. Pena incestus non extendatur ad incestum  
propræ consanguines connivit.
4. Textus contrari explicatur.
5. Incestus etiam post mortem occisi constitue-  
re nexus habet constitutas penas;
6. Incestus commissus extra secundum gallo  
habet auncias illas penas.
7. Ut incestus mereatur pena, capta dicitur  
perfecta.
8. Pena incestus non extendatur ad peccatum  
cognati fratitudinis.
9. Confessarius non tenetur morte incestus  
vincibiliter ignorantem hoc esse.
10. Sponsus committens peccatum cum consor-  
tione & vniuersitate impeditum deinceps

N hoc titulo agitur de INCESTU, ex quo oritur *Impedimentum impediens matrimonii, & ratione affinitatis etiam dimens, de quo]*

*Notandum I.* Si post matrimonium r-

um vel consummatum affinitas superveniat, ut si vir consanguineam suæ uxoris co-

gnoscat, vel econtra uxori cum consanguineo mariti peccet, tunc matrimonium qui-

dem nec quoad vinculum, nec quoad coha-

sitationem disfolyetur, ille tamen, cuius

culpa orta est affinitas, nunquam amplius

poterit petere debitum conjugale, sed tan-

tum parti innocentia, si exigat, reddere, c.

4. 8. 10. b. tit. Item mortuus conjugi inno-

cence nullum aliud matrimonium licite con-

tabere poterit, valebit tamen, si de facto

contractum fuerit, c. 1. codem. tit. sed hæc

potior poena, sicut & alia multa impedimen-

ta videntur in defunctudinem abiisse, vel

falso, ut aliqui putant, per dispensationem

episcopi tolli possunt.

*Notandum II.* Quamvis nonnulla exi-

stunt, aliquem incestum etiam cum pro-

pri confanguinea commissum habere præ-

dictas penas amexas, eo quod gravior sit

meatus cum consanguinea, quam cum af-

finis; eis Text. in c. si quis viduam. 20. caus.

4. 9. 7. &c. qui propinquam. 4. causa 35.

4. 3. abolute prohibent incestuosos matrimo-

nium. Nihilominus verius videtur, enu-

niatur penas juxta Rubricam hujus tit.

specialiter tantum illis infictas esse, qui cum

confanguineis conjugis incestum commit-

unt, adeoque tanquam odia extendenda non

esse. Neque id rarum est, ut iura in deter-

minandis penis non tam ad gravitatem de-

bet, quam ad coquendam frequentiam &

periculum respiciant, arg. textus notabilis

in l. 1. ff. de Abigess. Solet autem semper

maius esse periculum, ne peccatum in con-

sanguineos conjugis, quam proprios com-

mittatur. Textus vero supra allegati, & si s-  
qui sunt alij similes vel secundum dictam  
rubricam explicandi sunt, vel in eum feni-  
sum, quod inter ipsos incestuosos matri-  
monium confidere non possit, Sanch. l. 7.  
diff. 15. num. 16.

*Notandum III.* Incestum cum consan-  
guineâ uxoris etiam post mortem perpetra-  
tum punire penas supra dictis, ut aperte de-  
cimum est in cap. transmissie. 4. hoc. tit.  
& ibi notant Bonac. & Barb. ac alij Cano-  
nista communiter contra quosdam contra-  
rium sentientes.

*Notandum IV.* Cum hodiè juxta Trid. 6  
eff. 24. de Refor. matrim. c. 4. non exten-  
datur impedimentum affinitatis ex copula  
illicita ultra secundum gradum; ideo, si  
quis cognovisset consanguineam uxoris ul-  
tra secundum gradum, non privaretur jure  
petendi debiti, et si cum consanguinea spon-  
sa id fecisset, adhuc cum sponsa matrimo-  
nium contrahere posset & deberet.

*Notandum V.* Quod copula cum con-  
sanguinea uxoris debeat esse completa, &  
non tantum attentata, vel imperfecta. Item  
eum haec constitutio sit penalis, debet es-  
se copula in ordine ad hanc penam prome-  
rentam culpabilis, & formaliter incestuosa,  
adeoque non sufficeret copula metu extorta  
saltem respectu illius, qui metum passus  
est, neque copula, quam quis habuit cum  
ea, quam consanguineam inter secundum  
gradum esse ignoravit.

*Notandum VI.* Quod constitutio hujus 8  
tituli tanquam penalitatem non sit extendenda  
ad eos, qui peccant cum cognatis spirituali-  
bus vel legalibus conjugis v. g. cum patrino  
vel patrino ejusdem: loquitur enim consti-  
tutio de consanguineis uxoris, adeoque na-  
turaliter cognatis, non de alijs.

*Notandum VII.* Quod confessarius non 9  
teneatur monere incestuolum de obligatio-

Sss ss 3 ne ab-

ne abstinendi à petitione debiti, si in bona fide sit, & istam obligationem invincibliter ignorat, ac simul adsit periculum incontinentiae & transgressionis, quia alias, qui prius propter bonam fidem non peccavit, jam exponeretur periculo peccandi. Quod si de facto monitus sit incepsus, vel de se non ignoret; propter etatem tamen vel alia de causa abstinere non possit, Episcopo dispensare concessionem est, ut ex communi præxi docet Sanch. lib. 8. dispt. 11. n. 13.

10. *Notandum est denuo ult.* si sponsus suæ sponsæ sororem vel aliam consanguineam cognoscat, hoc ipso nascatur impedimentum dirimens affinitatis, ita ut sponsa matrimonium absque dispensatione amplius consistere non possit, damnum tamen sponsæ ex tali delicto illatum sponsus refarcire debet, per pecuniariam compensationem, vel certe dispensationem impetrare.

## TITULUS XIV.

### De Consanguinitate & Affinitate.

#### §. I.

##### De Consanguinitate.

###### SUMMARIA.

1. *Quid sit consanguinitas?*
2. *Propugnatur definitio à D. Thoma data.*
3. *Explicantur nomina Consanguinitatem exprimentes.*
4. *Etiam ex copula illicita nescitur Impedimentum consanguinitatis.*
5. *Explicatur Consanguinitas.*
6. *Linea quid & quinplex.*
7. *Regula pro Consanguinitate.*
8. *Regula Iuris Civilis circa consanguinitatem.*
9. *In quibus lineis, & qualiter matrimonium dirimatur?*
10. *Ad questionem gratum extendatur Impedimentum Consanguinitatis?*

**C**onsanguinitas secundum nominis thymologiam dicitur, quia sanguis unio, & consanguinei, qui ab eis sanguine descendunt.

Definit autem consanguinitatem D. Th. in 4. p. dispt. 40. q. unic. a. 1. quod Vinculum personarum ab eodem sanguine descendientium, carnali propagatione tractum.

Non defunt, quibus displaceantur finitio, autem enim, exinde sequi, omnes homines esse consanguineos, eo quod omnes ab uno stirpe, scil. Adamo, descendunt. Verum r. verba D. Th. accepte se moraliter, & intelligi de sanguine propinquorum, cuius generationes gradu numerari & distingui possint, cunctaque in descendantibus perseveret. Quoniam nam virtus Adami in omnibus descendantibus perseveret secundum similitudinem specificam, scil. humanitatem, non tam per se ferat secundum qualitates certe personæ & familiæ proprias, & sic secundum similitudinem individuum, juxta quam avos parentes assimilant sibi prolem, que cum imaginem complexionisque ac morum figuram refert: nam virtus paterna non secundum totam suam perfectionem diffundit in filios, sed quo in plures generationes descendentes derivatur, eo debitior pars effector redditur, ut tandem cum sit ratio consanguinitatis evanescat, scil. loquitur Iud. inc. unic. caus. 33. 4.

Sunt autem consanguinei ab ex parte patris, qui in jure dicuntur agnati, nobiscum nomine ac gentilitatis imprimuntur, alii ex persona matris conjugantur, speciali nomine cognati nominantur, unus generaliter etiam aliquando agnati dicuntur, cum cognatio sit genera agnationem & cognationem in jure milititer si duo fratres cundem patrem.